inflammationem. Hoc significatum est i. Machab. vbi dicitur q aspera ligna aq crassa fuerunt vehementer accensa. Et que est ista aqua crassa nisi sanguis diuinus et dominicus spūs sancti pinguedine pfusus. Quasi ligna aspera corda nostra arida aspergātur continuo inflammant. Istud etiam significatū est Machab. i. vbi dicitur q elephantib⁹ ostenderūt sanguinē vue et mori ad acuendū eos ad preliū. Fructus mori fm ambrosiū primo est albus. postea rubeus. postea niger. Sic xp̄us primo fuit albus et purus in tota sua cōuersatione. rubeus in cruce. niger in morte. Hmōdi sanguis nos debet accendere et nostrū affectū ad bellum cōtra vitia totaliter inflammare.

Dominica secunda.

Sermo primus

Ego sum pastor bonus etc. Joh. x. In pn̄ti vita null⁹ debet se laudare nec velle ab aliquo laudari. Et ratio est. q si cogitet tps suum preteritū videbit q multa fecit vnde debet dolere. Si futurū videbit multa vnde debet timē. Si pn̄s videbit se in multos defectus ruere. pro quib⁹ debet se erubescere et humiliare. Quō igitur hō se debet laudare vel laudari velle: qui habet causā tanti doloris. timoris et ruboris. siue humiliatōis.

In xp̄o aūt sic est. q de nullo tn̄s acto qd fecit doluit. q fuit sāctissimus. De nullo futuro eū timere oportuit. q erat oīpotentissimus. de nullo defectu presenti viciose erubescere debuit. q erat pfectissi⁹. Si igit deus petit a nobis laudari hoc nō est pp̄ter se: sed pp̄ter nos Aug⁹ sup ps. Laudari se vult deus et hoc vt tu pficias. non vt ille sublimetur. Nō eñ hoc amat qd illum augeat: sed qd te ad illum pducat. Similiter qn̄ se laudat: hoc nō facit pp̄ter se sed pp̄ter nos Greg. in moral. Deus qui nos phibet ne nos pp̄rio ore laudemus per scripturas sacras laudes suas loquitur. nō q eis indiget: quia proficere laudib⁹ nescit: sed cum suam magnitudinē nobis narrat nr̄am ad se impericiā subleuat. et bona sua loquendo nos edocet. q̄ omnino homo nō cognosceret: si de se tacere voluisset. Deinde subdit. Idcirco aūt laudes suas indicat: vt valeamus eum audiētes cognoscere. cognoscētes amare. amantes sequi. sequētes adipisci. adipiscentes vero eius visione pfrui. Propter nos vero: non pp̄ter se xp̄istus in hoc euangelio commendat se dicens. Ego sū pastor bonus. In isto enim euangelio fit mentio de quatuor. scilicet de pastore. de mercenario. lupo. et de ouibus. Pastor bonus est cristus ihs. cuius tria ponit signa.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0319
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG